

Questio vnica

tinue aliquis calor sic q̄ in fine hore sit infinitus. Tunc sic ante finem hore semper iste calor fuit finitus et nihil acquisiuit in isto instanti terminatio vt suppono ergo nunc est finitus. Item totus iste calor prius fuit et prius fuit verum dicere quelibet pars istius caloris est quia quelibet eius singularis fuit vera ergo si prius fuit finitus et nunc est finitus.

Item infinitum est cuius partem accipientibus semper restat aliquid accipiendum et infinitum habet rationem partis: sed ista non conueniunt calori se parato.

¶ Quinto arguitur contra rationem sancti tho. qz ignis non habet determinatam quantitatem secundum philosophum secundo de anima et linea etiam giratiua non est tanta quin possit dari maior et dato q̄ naturaliter sit dabilis maximus ignis hoc tamē est falsum per respectum ad deum.

Item deus potest facere substantias sine quantitate ergo non est necessario determinata ad finitam quantitatem. Forte negas antecedens quia quantitas est propria passio corporis. Contra sequeretur q̄ deus non posset facere quantitatem sine corpore in sacramento altaris quod est falsum. Item figura non est forma essentialis et intrinseca quantitatis cum sit alterius generis ergo non omne quantum est necessario figuratum. Item arguit q̄ aliquis sit numerus qui non est de aliqua specie sed est infinitus: probat de numero omnium punctorum que sunt in continuo. Item de numero dierum qui fuerunt ab eterno secundum aristotelē. Forte dicit q̄ in istis sicut nec in partibus continui est numerus proprie dicit de genere quantitatis. Contra sic nec in animabus separatis cuius oppositum ratio sancti Thome supponit.

¶ Sexto causalitas exemplaris in deo causalitatem efficientem non excedit sed pro eodem instanti est causa exemplaris infinitorum cum sit exemplar in actu omnium que sunt et que possibilis sunt: ergo pro eodem instanti poterit esse causa effectiua infinitorum. Item quicquid deus intelligit videtur producere posse sed constat q̄ intelligit omnia factibilia que sunt infinita et simul ea cognoscit ergo videtur q̄ simul ea producere possit non enim videtur maior repugnancia q̄ res simul existant in rerum natura. q̄ q̄ simul existant in diuina intelligentia.

¶ Septimo deus potest sub qualibet specie producere aliquid indiuiduum alias ista species esset ens prohibitorium et implicaret contradictionem sed species figurarum sunt infinite ergo poterit deus producere si vult in actu infinita indiuidua. Item deus potest facere quicquid est de perfectione vniuersi: sed de perfectione vniuersi est quod omnes species sint in actu secundum aliquod indiuiduum ergo deus hec facere potest.

¶ Octauo si deus non posset infinitas animas simul producere aut hoc esset quia anime possibilis non sunt infinite: aut quia non sunt possibilis esse simul. Sed manifestum est q̄ non potest dari primum quia omnes anime possibilis sunt necessario infinite si enim essent in numero finito tunc ultra illas non posset fieri alia anima vnde cum constet si mundus in eternum duraret continuari posset generatio hominum constaret etiam q̄ continuari posset in infinitum creatio animarum. Secundum etiam dari non potest. quia nec anime sunt ad seinuicem contrarie quin possint esse simul nec est etiam de ratione ipsarum successio sicut de ratione temporis aut alicuius alterius successio

Articulus quintus.

sui cui repugnat q̄ omne eius partes sunt simul nec deus cogitur ad corrumpendum aliquam. ergo non apparet ratio quare deus non possit producere animas infinitas. Item deus potest cuiuslibet speciei conferre suam propriam passionem in actu. vnde potest subiectum reducere ad actus passioni debitum. Sed finitas et infinitas sunt proprie passiones quantitatis. potest ergo deus facere quantitatem aliquam infinitam in actu qz hoc est actus infiniti.

¶ Nono Avicenna dicit secundo metaphisice q̄ si poneretur linea infinita adhuc esset in specie linee et in genere quantitatis et per consequens non repugnat rationi linee q̄ sit infinita sed deus potest facere. quicquid nature non repugnat ergo potest facere lineam infinitam aut magnitudinem aliquam. Item philosophus dicit in 3. phi. q̄ si posset procedi in infinitum in magnitudine secundum appositionem tunc esset possibilis magnitudo aliqua infinita in actu: vnde dicit Lombinus. L. 61. q̄ si magnitudo habet potentiam vel naturam crescendi in infinitum tunc enim est possibile vt in actu inueniatur infinita mensura vel magnitudo: sed manifestum est q̄ in ordine ad diuinam potentiam magnitudo habet naturam crescendi in infinitum posset enim deus addere aque maris tantumdem et amplius et iterum amplius semper in infinitum cum aqua sit quoddam homogenium. nec sibi determinet aliquam certam quantitatem ergo poterit deus facere magnitudinem infinitam in actu.

¶ Decimo arguitur quia cum deus immediate se solo qualibet entitatem posset conseruare se solo sine quacumque que non est de eius essentia poterit alicuius proportionis qualibet partem in continuo existentem a qualibet alia diuidere actualiter eiusdem proportionis que non est pars eius et qualibet talium conseruare in esse quo facto erit actualiter multitudo infinita distinctorum non facientium de per se vniuersales proportionabiles partes sunt infinite: verbi gratia. prima medietas totius et prima medietas secundae medietatis et etiam prima medietas medietatis alterius et sic consequenter quarum nulla est pars alterius. Item posset in instanti initiante cuiuslibet partis proportionabilis temporis vnius hore producere vnum angelum et sic consequenter et productum conseruare ergo deus potest facere infinitam actum multitudinem angelorum. Antecedens patet: quia nihil impossibile nec aliqua impossibilia includit. Consequentia probatur: nam dato casu in fine seu in instanti terminante totam horam essent simul actus infiniti angeli sicut in ipsa hora sunt infinite partes proportionabiles.

¶ Undecimo ex eo q̄ ponitur aliquid corpus infinitum nulla contradictio implicat cum infinitas non tollat rationem magnitudinis vel eam aliquid necessario consequens nec econuerso magnitudo rationem infinitatis. Unde hec nullam impossibilitatem includunt. Item arguit q̄ posset deus facere aliquid corpus infinitum secundum longitudinem et summo vnum corpus longum palmis decem et latum vbiqz palmo vno constat q̄ in isto sunt partes proportionabiles infinite quarum quelibet secundum dimensionem latitudinis illius totius est vnius palmi et per consequens quelibet equalis cuiuslibet cuius secundum aliam dimensionem nulla alteri sit equalis. Tunc sic possibile est deum omnes huius continuas partes diuidere et secundum illam dimensionem qua